



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 27. Pontisicis mandatum de recipiendis Protestantibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Sæcul. XVI.

A.C. 1552.

§. XXVI.

*Protestantium Conditiones Synodæ  
propositæ.*

Postea petebant, I. ut a quæstionum controversarum decisione cessaretur, usquedum eorum Theologi, qui nonnisi quadraginta milliaribus Tridento distarent, adventuri essent. II. Cum illi venerint, antea acta omnia retractentur, & dies confessui designatus prorogetur. III. Concilium habeatur, in quo nationes omnes, atque populi conveniant: IV. Nec Præsidiî auctoritatem sibi summat Pontifex, verum Concilio se submittat, & jusjurandum Episcopis omnibus remittat, ut liberæ sint omnium in Concilio voces, & minime præpedita judicia: hæc etiam se, cum visum fuerit, in cœtu Patrum velle copiosius explicare subjungebant, postea petebant, ut eodem modo, ac Brandeburgici Electoris Oratores, etiam ipsi reciperentur: His expositis Caroli Cæsaris Ministri hosce Deputatos amplaspe lactabant, quinimo eis quoque spondebant, quod juxta eorum vota essent excipiendi.

§. XXVII.

*Pontificis mandatum de recipiendis  
Protestantibus.*

Ve-



Verum Synodi Præsides ab initio minus faciles fuisse videntur; legitur enim in quadam Francisci Vargæ epistola ad Episcopum Atrebatensem, quod Legatus nullum non moverit lapidem, ne novas publicæ fidei literas concedere cogeretur, hancque in rem Synodi sigillum occultaverit, ne illud libero Patrum usui relictum esset, prius tamen hoc in negotio Pontificis voluntatem explorare voluerit, quod re etiam ipsa præstitit, cui tamen Papa hunc in modum respondit: „haud utiliora vobis suadere valeo, nisi ut ea, qua poteritis, dexteritate a sinistro hoc consilio recedatis, ac in quibusdam cedere velitis, ne simplicibus suspicandi ansam præbeatis, perinde ac si nimia Romanæ Curiae celsitudo pacis consilia evertisset,“. Insuper Papa Legato, ac utrique Nuntio negotium dabat, ut magis charitatis legibus, quam Apostolicæ sedis Majestati intenti Protestantium postulata, licet minus æqua, admitterent, salva tamen Religione: „Si enim, prosequeretur Pontifex, „Paulus III. Papa Prædecessor meus „Nuntium suum ad Protestantes ablegare non dubitavit, etsi hic ab eis nil nisi repulsam, & contemptum sperare potuerit, cur nos potiori nomine non toleremus arrogantes eorum pro-

Sæcul. XVI.  
A.C. 1552.

Mem. de  
Vargas p.

400.  
Pallav. l. 122  
c. 15.



Sæcul' XVI  
A.C. 1552. „positiones, superbamque agendi ra-  
„tionem, cum ipsi hodieum ad nos ve-  
„niunt.

## §. XXVIII.

*Dubia circa Protestantium postulata.*

*Paltav l. 12.  
c. 15. n. 10.  
E<sup>s</sup> II.*

Cum Pontifex eodem tempore Mini-  
stris suis præciperet, ne circa fidei  
articulos cum Protestantibus ore tenus,  
vel calamo publice conferrent, (\*) hinc  
Legatus juxta hæc mandata Protestan-  
tes excipere voluit, eisque spem fecit,  
illos publice esse audiendos. Insuper  
Legato persuadebant alii, ne ab eis exi-  
geret, ut ipsum salutatum adirent, an-  
tequam in Sessione comparuissent: ve-  
rum Cæsaris Ministri haud ægre de iis,  
quæ Protestantes a Synodo petebant,  
Legatum certiozem reddebant, eo fine,  
ut animo magis præparato eorum pro-  
positiones excipi possent, nec timenda  
esset schismatis haud unquam reparan-  
di occasio, eo prorsus tempore, quo  
de pace stabilienda ageretur: Cum ve-  
ro Protestantes sibi aliam securitatis  
cautionem dari primo loco peterent,  
hinc

(\*) De hoc Pontificis mandato præter  
Continuatorem nullus Scriptorum alius men-  
tionem facit.